est, ita ut veterani homines unanimiter testarentur, tantam intemperantiam frigoris sua recordatione non fuisse; homines quam plures nimio gelu mortui sunt, pecora et apes ex magna parte perierunt, vinee et arbores ita lese sunt, ut usque ad radices vites arescerent.

Anno Domini M°CC°XII°. Otto imperator Tribrachfum, id est castrum in Salffa obsedit. Eodem tempore accepit filiam Philippi regis in conjugem in Northusen, que statim post egrotavit et moriebatur, et propter hoc recessit de Thuringia. Post hec Otto imperator fecit inmanitates, (an f. fregit immunitates) insultans ecclesiasticis dignitatibus, clericos, monachos, moniales, abbates et episcopos universosque, quos Deus elegit, inhonorare cepit. Et propter hoc post parvi temporis spatium rex Bohemie, archiepiscopus Maguntinus et Magdeburgensis, marchio Misnensis et lantgravius Thuringie, in uno oppido Orientalis provincie, scilicet Nuwinburgk, unanimiter collecti sunt. Ibi inito consilio, juris jurandi sacramento sese coadunantes et colligantes contra Ottonem, venerunt cum aliis principibus, quibus hoc non constabat, in Norinbergk. Ibi publicis vocibus Ottonem hominem hereticum nominaverunt et publicam ei facientes contradictoriam, Frederi-

ganz in Y. NB!

arescentur

c. 8.

c. M Paupt. NB!

northusin

Chr. Reich. 1212.

missnensis